

**Para a história monástica de Angra do Heroísmo.
Superstições; notas etnográficas.**

O documento que seguidamente publicamos, encontrado no Arquivo do Paço Episcopal de Bragança, é interessante: como monumento gráfico pelas quatro iniciais letras de fantasia feitas à pena das três primeiras palavras por onde começa, figs. 1 e 2; como pintura histórial de um fragmento da vida monástica e como reviviscência ou melhor permanência dos sortilégios gentílicos cuja prática se vê já constatada pelos autores romanos. Apressamo-nos a arquivá-lo nesta revista antes que de todo acabe de corroer-se pelas manchas de água que em parte o levam já podre sem grave dano, por agora, do texto.

P.^o FRANCISCO MANUEL ALVES.



Fig. 1.— *B*, inicial de *Beatissime*; *P*, de *Pater*.



Fig. 2.— Inicial de *Ubi*.

Beatissime Pater.

UBi primum à Sanctitate vestra Litteras accepi, quibus me indignum Licet Diœcesis Angrensis Episcopum designavit, statim post Susceptam in civitate Ulyssiponensi Consecrationem, data opportuni-

tate, Navem Conscendi, et Insulam Tertiam, quæ totius Diœcesis caput est feliciter appuli; Et bimestri transacto, ea, qua par est, cura incipiens ab Ecclesia Cathedrali, visitationi incubui, quam interrupi aliquandiu, ut subvenirem Monialibus clarissim Monasterii Divi Gondisalvi Hujus Civitatis Angrensis meæ jurisdictioni subiectis, in quo prædictas Moniales in factiones divisa, tum dicteriis, cum opprobriis spreta Religionis modestia se ad invicem Lacessebant; Conspiraverant enim adversus Abbatissam dicti Monasterii magna pars Monialium Recentiorum præcipue, causa vero Conspirationis fuit, quia Abbatissa quantum in se erat obstitit præceptis Capituli sede vacante, quibus præcipiebatur, ad petitionem aliquarum Monialium novum erigi Locutorium, cum Monasterium sat superque Locatoria Haberet: Igitur querella interposita impetrarunt a Capitulo sede vacante, ut fieret inquisitio circa Abbatissam, qua peracta, nescio an juridice, quia præterquam quod in illa non fuit servata juris forma admisi fuerunt in testes omnes Præfatae Moniales Abbatissæ contrariæ et Suspectæ; protulit Capitulum sententiam adversus Abbatissam, illam que deposituit.

Hic erat rerum status cum in Hanc Civitatem Angensem deveni: qua propter facturum me non mediocre Deo obsequium existimavi si dietas Moniales in pristinam concordiam revocarem: Igitur Monasterium advi, et iteratis exortationibus, tam publicis quam privatis; missis etiam Religiosis Viris, qui mecum simul in Hoc negotio Laborarent: Tandem aliquando Deo dante factum est, ut pene comuni conceensu paucis reluctantibus, Abbatissam depositam reciperent qua recepta, et non multo interecto tempore | erat enim finitum dictæ Abbatissæ trienium | in novam electione electionem processi; Ut vero secundum Deum electio fieret, nulla Habita ratione amicitia, vel odii, utens privilegiis a sede Appostolica mihi et especialiter factis, illis concessi plenariam peccatorum indulgentiam, præmissis Confessione, et Comunione, quam ego eis meis manibus impartivi. Post Comunionem Moniales quadam exortatione admonui, ut fixis in Deum animo, et mente eam in Abbatissam eligerent, quam scirent Deo gratiosiorem fore. Fuit electa a majori Capituli parte soror Helena ab Exaltatione, quam juxta ritus consuetos confirmavi, et benedixi: Ad Reliqua vero Monasterii munia, ut mei juris est, illas posui Moniales, quas idoneas in Domino judicavi: His ita compositis animum reformationi aplicui, et in primis jussi, ut Frates ferrei apponenteretur quibusdam januis, perquas erat perius egressus, et regressus in Hortum.

Prohibui Amasias ideo que præcepi Abbatissæ sub pena suspensionis officii ne sineret Moniales in Locutoriis Loqui, nisi cum Patre,

Matre, Fratribus, et sororibus, et cum Mulieribus consanguineis, et affinibus: si vero alicui Monialium ejus foret cum aliquo alio ab His aliqua negotia pertractare, pro obtinenda facultate ad me recurreret: Item quod Moniales sacerdibus scribentes scripta omnia, et epistolas Abbatissæ patefacerent, ut sur Statuli est, et illis in ipsarum regula præcepit bonæ memoriæ Urbanus IV Item sub pena excommunicationis mandavi, quod ad Monasterii Ostia non accederent nisi vocatæ Hæc omnia erant a meis Prædecessoribus imposta, sed omnino jam obliterata: Quoad, Habitum, et vestitum modum etiam præscripsi juxta earum pristina instituta.

Hæc nimis dura non omnibus Monialibus, sed aliquibus videbantur, et ut se a tam rigida, ut aiunt observantia eriperent me eviuis tollere cogitarunt, ad quod quasdam beneficas vocari fecerunt, quibus cum iniere pactum, ut me beneficiis interficerent; quoque facilius id fieret construxerunt Moniales quendam pupu seu potius mei ad instar simulacrum episcopali ornatu vestitum, ut in illo beneficæ exercecerent quidquid in me fieri exoptabant. Acceperunt Beneficæ simulacrum illud que variis punctis, et superstitiosis meandris consuerunt, sic que consuetum iterum Monialibus tradiderunt, precipientes, ut illud in area inclusum, et sane observatum diligentissime observarent, et ne in hac huiusmodi depositi observantia error aliquis interveniret, clavem repetentes sagæ illæ secum detulerunt, verum penitentia ductæ totum hoc scelus, Deo sic disponente, aperuerunt, tradita simul clavæ demonstrato loco, in quo illa Dæmonis factura tegebatur.

Ego vero ne tam grande facinus occultum, et impunitum remanere clavem tradidi Vicario Generali illum que in Monasterium misi simul cum Notario Appostolico, et alio justitiæ Ministro illis que præcepi, ut claustra Monasterii ingredientes Abbatissam simul, et Moniales ad Definitorium pertinentes, quas ut moris est Discretas appellant convocarent, et coram illis arcam aperirent Imaginem que areae inclusam mihi foras reportarent: Accedunt ingrediuntur Abbatissam, et præfatas Moniales acersiri faciunt: At Moniales, quæ erant delicti conscientia visis intra claustravicario, et Ministris suum crimen detectum suspicantes Conventum simul et Civitatem totam commoverunt, et ut facilius reliquas Moniales ad tumultum incitarent lugentes, ac dolentes asseverabant a me missos illos Ministros, ut omnem prætiosam Conventus supelectilem depredarentur. Dictis crediderunt illæ præcipue, quæ Abbatissæ depositos erant contrarie, et comuni concensu, seu potius discensu festinanter cucurrerunt ad omnes Monasterii fenestras, et clamoribus repetitis Regi in clamare cœperunt, ac brachium sacerulare implorarunt, ut eas a simili deprædatione, Liberaret, quibus

auditis acurrit universa Civitas acurrit Dux mayor Arcis et Civitatis Praetor Monasterium obsident et circumstant, quo vero falsius hic illarum rumor, et impostura comentitia crederetur cruce manibus absepta turmatim e Monasterio exire caeperunt, et nisi Dux mayor Arcis, et Civitatis Praetor cum Militibus obstitissent, magna illarum pars foras e clau Foro prosilirent, communis omnium vox erat: Nolumus Episcopo obedire; volumus præstare obedientiam Provinciali fratum minorum, sic que partim intra, partim extra Monasterii septa contumaci animo per horas aliquas perstiterunt.

Tandem postquam calor ille aliquantulum deferbuit pactum cum Praetore inierunt scilicet vele se iterum in claustra recipi his sub conditionibus. 1.^a ut confessarius, quo utebantur pro audiendis confessionibus, | et quo ego etiam utor |, et Conventus Ostiaria quæ erat faemina rigidæ observantiae, ab officiis removerentur. 2.^a ut tollerem censuras omnes et præcepta a meis Prædecessoribus, maturo Præmino consilio, salubriter imposta: Cessi aliquantulum faemineo furori. Confessarium ammovi; illæ vero Ostiariam autoritate propria ammonerunt, et in illius Locum aliam parcialitatis sue subrogarunt. Censuras pro tunc surrendi sperans Moniales aliquando sese in meliorem fugam recepturas, oleum tamen, et param usque modo perdidit, nulla enim appetit spes emmenda imo cernitur animus ad obediendum pronus, his enim diebus misi, qui ad januas crates apponenter, et hos cum vi, et robore e Monasterio ejecerunt: Adverto denique quod Licet Vicarius, et Ministri præ tumultu Monialium non invenisset dictum simulacrum, atamen tribus transactis diebus ab eodem Monasterio mihi missa fuere quædam illius frustula casu in Loco ab divo inventa.

Qua propter ut detur Locus penitentiae, et ut reliquæ Moniales, quæ virtuti adspirant possint pace tranquilla in eodem Monasterio permanere, et Deo Liberius vacare, et inservire. Rogo supliciter, et humiliter exoro a Sanctitate vestra, ut mihi facultatem concedat mutandi in alia Monasteria eiusdem ordinis, et jurisdictioni meæ subjecta, præcipua harum discordiarum capita, ut simili suplicio perterrita, exemplo aliis sint, ne in idem crimen iterum incident: Deprecor ibidem, ut possim novas eligere Abbatissas casu quo Moniales eligant indignas, illas scilicet, ex quibus timetur ne Religionis proventus ratione factionum, et virtutum splendor decrescat, et minuatur, et ad hoc si opus fuerit illas ab aliis Monasteriis seligere, et extrahere, quia quamvis hoc sit concessum a jure, nihilominus in his Provinciis non sunt hæ decisiones in usu, autoritate tamen Appostolica mutantæ in praxim comodius deducentur: Ad Sanctitatis vestræ pedes

suppliciter pro voluntate Appostolicam benedictionem peto, cui me totum
comendo, et cum Longæva vita eternam felicitatem exopto.

Datum Angra die octava May. Anno Domini 1695.

Beatissime Pater.

Sanctitatis Vestrae.

Devotissimus, Addictissimus, et Obsequentissimus filius.

Cinegética e Arqueologia

Razão do título:—I. O côto da Pena—1. Localização e descrição d'este cas-
tro—2. Região arqueológica—3. Etimologia popular—4. Descrição dos
achados—5. Considerações.

O meu amigo P.^e José Joaquim Saraiva de Miranda, dos Arcos de Valdevez, é um emérito e infatigável caçador, que à minha má companhia deve o ser, tanto ou mais do que eu sou, vicioso em arqueologia; e mero, malaventurado vício tem sido para mim esta catureira.

Nas suas excursões cinegéticas pelas cumiadas, que formam um dos mais remotos tentáculos da serra do Soajo, começou ele, há anos, a notar que, por entre o tojo e a carqueja, se ocultavam, aqui e acolá, fragmentos de cerâmica antiga e utensílios líticos, que indubitavelmente lhe testemunhavam a existência do seu e meu antepassado preistórico, naquelas paragens, e que, por isso mesmo, insistentemente, ele ia reunindo na sua bolsa de caçador com o mesmo zelo, que consagrava às perdizes e aos coelhos fugidiços.

Nas cartas que me escrevia, tinha sempre que me contar dos seus achados arqueológicos, mesmo em tempo defeso, porque o não há para esta caça de antigualhas; mas retraído e modesto, não houve meio de conseguir que redigisse, por seu punho, os apontamentos do seu canhenho, para serem publicados e darem lucro à ciência arqueológica.

Foi assim que, para tornar proveitoso o trabalho do meu amigo, optei pela revisão da sua epistolografia, enfeixando com método as notas que vinham, ao sabor da ocasião, retalhadas em numerosas cartas, para que cada sítio arqueológico ficasse desta forma mais ou menos completamente monografado.

Desta publicação, o que pois me toca, é pouco mais que a tarefa material de copista e organizador; a pesquisa arqueológica e o mérito de a saber efectuar e apreciar são do meu amigo e incansável caminheiro, P.^e Saraiva de Miranda.